Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



FVI.

effuso. columba tamum eiusdem deferes
pacem terris redditam nunciauit. nec
non et innocens turba. spiritu sancto
afflata. vnigenito tuo domino nostro
Jhesu christo pro salute totius mundi
passuro. obuiam currens palmarum
et huius arboris ramos abscindens. ac
vestigijs eius substernens. iam quasi
triumphatorem de mortis principe os
tendebat. te domine supplicitter depre
camur. vt qui annua deuotione eius
dem redemptoris nostri sacratissimam
passionem preuenire nitimur. ipso ad
iuuante palmam victoria tenentes.
atq; oleo misericordie intrinsecus re
fulgentes. in eius sancta resurrectione
premium vite et immortalitatis
coronam percipere mereamur. Per
eundem dominum nostrum. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus.
flos mundi. odor suauitatis
et origo nascentium. qui omnia
legis et prophetarum oracula. in filij tui
domini nostri Jesu christi humilitate